

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9724

**Auteur(s) :** Jean Ier, Alençon (comte)

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1171 - 1191, 24 février]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean, fils du comte Guillaume de Ponthieu, notifie et confirme la donation faite par Raoul Lesquier de Saint-Sylvain et son fils Guillaume Caisneel de cinq vergée de terre dans le territoire de Saint-Sylvain aux moines de Saint-André-en-Gouffern, avec l'accord de Guillaume Pantol de qui Raoul tenait cette terre, quand Roger, fils dudit Raoul, a pris l'habit à cette abbaye. Il notifie et confirme également la donation faite par Robert Lesmère et ses frères de trois vergées de terre dans le territoire de Saint-Sylvain aux moines de la même abbaye, avec l'accord de Robert Pantol de qui ils tenaient cette terre, quand son frère Roger y a pris l'habit.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/2.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 520, p. 455.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

### Texte d'après A

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes, filius Willelmi comitis de Pontiveio, salutem in Domino perpetuam. Noveritis universi quod Radulfus Lesquier de Sancto Silvino et Willelmus Caisneel, filius ejus, dederunt et concederunt monachis Sancti Andree in puram et liberam et perpetuam elemosinam, V. virgatas terre in territorio de Sancto Silvino, quando Rogerius filius ejusdem Radulfi suscepit habitum religionis in eadem domo, cuius videlicet terre dimidia acra sedet in capite viarum de Reisneirmaisnil, tres virgate sunt apud semitam Falesie super viam de Rovres. Hanc etiam donationem concessit Willelmus Pantol de quo memoratus Radulfus tenebat eamdem terram. Item sciatis universi quod Robertus Lesmere et omnes fratres sui dederunt et concederunt memoratis monachis in perperuam elemosinam tres virgatas terre in territorio de Sancto Silvino, quando Rogerius frater eorumdem suscepit habitum religionis in eadem domo que scilicet terra sita est in quodam campo qui vocatur campus Mote. Hanc etiam donationem concessit Robertus Pantol, de quo Robertus Lesmere et fratres sui tenebant illam terram. Has autem donationes concederunt in presentia mea predictus scilicet

Radulfus Lesquier et Willelmus filius ejus et Robertus Lesmere et fratres sui firmiter in perpetuum tenendas in puram et perpetuam elemosinam et liberam omnino ab omnibus serviciis et exigentiis secularibus. Et ut memorati monachi sine aliqua contradictione vel molestia heredum eorumdem vel etiam aliorum hominum has donationes libere et quiete et pacifice in perpetuum possideant, presentis scripti munimine et sigilli mei attestatione confirmavi et corroboravi. Testibus his, Rocard de Arrablis, Roberto de Garennis, Roberto de Ree, Tustino de Ree, Roberto filio meo, Willelmo filio meo et pluribus aliis.